

ALEGACION  
EN DERECHO  
EN FAVOR DE DON

Pedro Ponce de Leon, sobre el ne-  
gocio de Baylen.



*Por el Doctor Bartolome Bruñol del Consejo  
de Italia del Rey nuestro señor.*

Año. 1594.

(2)

ALEGACION  
EN DERECHO  
EN FAVOR DE DON  
Pedro Ponce de Leon, sobre el ne-  
gocio de Baylen.



*Por el Doctor Bartolome Bruñol del Consejo  
de Italia del Rey nuestro señor.  
Año. 1594.*



**D**ON Petrus Ponce de Leon in lite præ  
 senti, qua præ tendit Comitatu Baylen  
 ad se spectare virtute transactionis ce  
 lebratæ inter D. Rodericu Ducem Ar  
 cos, ac D. Rodericum Põ tium, funda  
 tem habet intentionem, cum Comes  
 Don Rodericus, secundus nepos ex filio D. Rode  
 rici primi, decesserit sine filijs: quo casu vocantur cæteri  
 descendentes d. Don Roderici, inter quos dictus Don  
 Petrus obtinet primum locum, cum & ipse sit nepos pri  
 mogenitus ex filio D. Roderici. Et licet opponatur quod  
 D. Ioannes eius pater fuerit ad mortem danatus propter  
 hæresim, habet tamen regulam ad sui favorem, quod pœ  
 næ sequi debeât suos authores, vt abunde in informatio  
 nibus dictum fuit, & hastenus vtraque pars conuenit. At  
 que idè videndum remanet, an exceptio quæ adducitur  
 per partem, illi obstet, nempè quod D. Petrus sit incapax  
 istius Maioratus, cum sit filius patris, qui propter hære  
 sim ad mortem præfens fuit damnatus, sententiæq; execu  
 tioni missa, ex singulari odio criminis hæresis. Nã ubi pars  
 euidenter nõ docuerit se esse in casu exceptionis, standum  
 est regulæ, glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & regu  
 læ iuris obseruandæ sunt tenaciter, nisi in contrariu ap  
 pareat dispositio specialis. Bal. in l. si inter, in fi. C. de ser  
 uo. pignor. dat. manum. cum his quæ cumulantur per Ias.  
 in l. 2. nu. 33. ff. si quis in ius vocat. non ierit. per Tiraq. in  
 comment. retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 209.

de officijs & beneficijs, atq; idè in materia præfenti irrationali, & correctoria non est facienda extensio.

DE Iure Canonico pariter non video, quòd Don Petrus arceatur à successione de qua agitur, id què satis constabit, si percurramus singulas constitutiones, quæ de filijs orthodoxis hæreticorum loquuntur. Nam text. in capit. vergentis, extra de hæreticis, non excludit filios fideles ab aliqua successione, præter quàm à paterna, id què non principaliter, sed in consequentiam, quia sequendo dispositionem authen. Gazaros. C. eod. publicat bona patris hæretici, illa què applicat Fisco, in cuius dispositionis consequentiam venit priuatio filij, qui contra dispositionem authen. bona damnatorum, quæ bona patris reseruabatur filio, priuatur successione patris: cæterùm quod priuatur successione aliorum, quorum bona non confiscantur, nullum verbum, & proinde cum lex non dicat, nec nos dicere debemus.

NON Etiam illi obstant constitutiones Alexan. 4. in cap. quicumquè §. hæretici. & Bonifacij actau in cap. statutum el. 2. de hæret. lib. 6. vbi filij hæreticorum non admittuntur ad beneficia ecclesiastica, vel officia: restritiuè enim loquuntur Pontifices de beneficijs & officijs: cæterùm de hæreditatibus, vel successionibus nullum verbum, idq; clariùs explicat Archidiaconus in d. cap. statutum. vers. hoc fanè. vbi inquit, quòd ille tex. loquitur tantùm de officijs & beneficijs publicis, non verò de bonis hæreditarijs, & ita concipi solent verba sententiarum, quæ proferuntur contra hæreticos: declarantur enim descendentes hæreticorum per lineam masculinam incapaces beneficiorum, dignitatum, & officiorum, non successorum, vel hæreditatum: quod in specie legitur in sententia lata contra D.

H 3 Ioanè,

Vt autem id liquidiùs appareat, videndum est, an pars aduersa hanc suam exceptionem probet ex dispositione iuris Romanorùm, an iuris Pontificij, an iuris Hispaniæ. Et omisis multis, quæ doctissimè in hac causa scripta sunt, ne bis idem repetatur, puto exceptionem non probari ex dispositione alicuius ex istis iuribus, atque idè D. Petrum admittendum ad successorem Maioratus.

De Iure civili Romanorùm, quòd D. Petrus non sit exclusus, probatur: quia de iure Codicis tantùm aberat, vt filij Orthodoxi hæreticorum censerentur exclusi, ne capaces esset cuiuscùmquè dispositionis, vt imò succederet ipsis parentibus, exclusis filijs hæreticis. l. cognouimus. & authent. idem de Nestorianis. C. de hæret. eoque iure poena omnis sequebatur hæreticum, nec ad alios se extendebat: vt in constitutione Federici Imperatoris, quæ incipit, Credetes. C. eod. tit. & licet. l. cognouimus, quæ loquitur de successione in bonis fuerit correctæ per authen. Gazaros. C. eod. tit. vbi Imperator mandat, vt bona hæreticorum publicentur fisco, etiam ad præiudicium filiorum: ex qua authent. desumptus est text. in .c. vergentis, extra de hæretic. Attamen quod attinet ad alios casus, nihil omnino immutatur, nec filij hæreticorum, si fideles sunt, prohibentur capere ex dispositione quoruscùmquè. Sicque dispositio iuris civilis stare debet in partibus, in quibus correctæ non est.

MINVS. Etiam excludetur ex constitutione Federici Cæsaris, edita Paduæ, postquam respuit, & in gratiã Sedis Apostolicæ redijt, vbi filios hæreticorum vsque ad secundam generationem beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus priuauit: nã in hac constitutione, nihil de successibus dicitur, sed tantùm

Ioanem, in ea enim nullum habetur verbum de successio-  
nibus.

NON Est pariter exclusus D. Petrus ex nouo iure  
Hispanorū, de quo in l. 3. tit. 3. lib. 8. nouæ Recopilat. vbi  
statuitur, quod Ecclesiæ reconciliati propter hæresim, nec  
non filij & nepotes per lineam masculinā eorum, qui ob  
eam causam combusti sint, nō possunt esse Consiliarij, ne-  
quē Auditores Cancellariarū, nec pariter habere possunt  
alia officia, de quibus seriatim in dict. l. agitur sub pœna  
contra illos cōminata, qui cum priuatæ essent p̄sonæ  
officia vsurpant. Nam constat in dict. lege nihil disponi  
de hæreditatibus, vel alijs successiōibus, in quibus versa-  
tur quæstio nostra. Atq; ideō ex prædictis constat D. Pe-  
trū ex verbis legū loquentiū de hæreticis, vel filijs hæreti-  
coru, minimē exclusum dici posse, siue spectemus ius ciui-  
le Romanorū, siue ius Pontificiū, siue ius Hispanicum. Nā  
de iure ciuili, & Canonico filij tantū priuantur successiō-  
ne paterna in consequentiā, quia bona patris confiscantur.  
De iure pariter Canonico non admittuntur filij hæreti-  
corum ad officia & beneficia ecclesiastica, & iure Hispano  
hoc extenditur ad officia temporalia, quæ per Regem,  
vel illius ministros solita sunt concedi: de hæreditatibus  
autem & successiōibus nihil.

Sequitur vt videamus, an cum filij hæreticorū ex ver-  
bis legum exclusi non reperiantur a successiōibus, vel  
hæreditatibus, an ex vi rationis hoc dici possit? & in hoc  
puncto negari non potest, quin aliqui senserint, filios hæ-  
reticorum, non solum priuari hæreditate paterna, ob pœ-  
nam confiscationis, verum etiam successiōe hæredita-  
ris auitæ, aliorūquē agnatorum & cognatorū, ac quorum  
cunque extraneorū, tam ex testamento, quā ab intestato:  
hoc enim voluit Cyn. in l. quisquis. §. filij. C. ad legē Iuliam  
Maieft.

Maieft. Anchar. in. c. statutum. el. 2. de hæretic. in. 6. Zan-  
chi. in tract. de hæreticis. c. 28. nu. 2. Hocq; multi alij asse-  
runt, nulla veritatis indagatiōe facta, ea tantū ratio-  
ne, quia si filij committentium crimē læsæ maiestatis hu-  
manæ, hanc pœnam patiuntur. d. l. quisquis. §. filij, vt ita  
filij sint perpetuō egentes, sitq; illis mors solatium, vita  
supplicium: quantū magis hōi dicendum erit in crimine  
læsæ maiestatis diuinæ, quod atrocius est athen. vt nō  
luxurien. contra naturam, & cap. vergentis. de hæretic.  
Quia responderetur, assertiōnem hanc erroneam esse: nam  
non est licita argumentatiō ab vno crimine ad aliud: ma-  
ximē quando induceretur contrarietas. Et procedendo  
proprius ad terminos nostros, id ostēditur, nam. l. quis-  
quis. qua duræ illæ pœnæ sunt constitutæ contra reos læ-  
sæ Maiestatis, ac eorū filios, edita fuit sub Honorio, & Ar-  
cadio, qui imperarunt anno à natiuitate Domini. 298. &  
tamē Iustinianus, qui regnavit lōgē post, scilicet, de anno  
536. edidit. l. cognouimus. C. de hæret. qua cōcessit hæ-  
reditatē patris ipsismet filijs orthodoxis: quomodo igitur  
stare possunt simul, q̄ dispositio. l. quisquis, trahatur  
ad hæreticos & eorū filios, cū imō contrariū videamus  
dispositū expressis verbis. l. cognouimus. Quinimō adeō  
verum videtur, vt pœna. l. quisquis, non extendatur ad  
casum hæresis, vt etsi habeamus expressam dispositiōnē  
Canonum. c. vergentis. & c. cum secundū, inducētium  
confiscatiōnē bonorum, etiam ad præiudiciū filiorum,  
non desunt tamen DD. celebris nominis, qui voluerunt  
dispositiōnē dictorum Canonum nō habere locum, nisi  
in terris Ecclesiæ, & negēt dispositiōnē. l. cognouimus. &  
authē. idē de Nestorianis correctā esse, & præsertim Azo-  
in summa. C. de hæret. cū his quæ traduntur per Ambro.  
de Vignate, in tract. de hæretic. n. 205. cum seqq. Quāto  
H 4 magis

magis autem dicendum est, vt non fiat extensio in his, in quibus non adest expressa dispositio iuris Canonici.

**N E Q V E** Obstat ratio maioritatis delicti, vt sicut in crimine læsæ maiestatis humanæ priuantur filij omnibus successiõibus ex testamento, & ab intestato: multò magis priuandi sint in crimine læsæ maiestatis diuinæ. Quia dicitur non procedere argumentum a maioritate delicti ad maioritatem poenæ, dum modò delictum non remaneat impunitum in ipso delinquente. Ita Socin. Sen. conf. 157. colu. pen. circa fin. lib. 2. Deci. in authentic. cass. C. de sacros. eccles. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. circa princ. de cõsuetu. Ideò videmus, quòd licet de iure nulla sit proportio ab offensione in persona ad offensionem in bonis. l. cum seruorum. in fin. ff. de poen. quòd tamen fures puniuntur poena furcarum, quæ grauior est, homicidæ verò poena capitis, quæ mitior. Ita Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 4. sectiõ. videamus. num. 29. vbi inquit, non putare legem poenalem. extendi ad maiora delicta, arguendo à fortiori: quia cessat absurdum, quoties delictum non remanet impunitum. Idem & superius probauerunt num. 20. & num. 24. sic in simili arguit Couarru. lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 4. circa medium, vbi agès de quaestione, An filij hæreticorum priuantur beneficijs, quæ possidebant ante commissum delictum patris, & referens opinio nem eorum, qui dicebant filios beneficijs priuandos, adducit text. in cap. felicitis. §. quod si quis, de poen. in. 6. vbi filij eorum, qui percusserunt Cardinalem priuantur beneficijs, quæ possidebant tempore commissi delicti. Ergò multo magis debent esse priuati ob crimen hæresis, quod maius est. Sed statim respondet contrarium sustinendũ, quia non sequitur, maiora, & grauiora crimina esse vendicanda maioribus, vel æqualibus poenis: cum sæpè princeps

ceps minora crimina varijs ex causis maioribus poenis insequatur, ad contundendam delinquentium audaciam. Ita pariter arguit Peña in suis commutarijs ad directoriũ scholio. 156. circa fin. vers. non obstat tex, ac eadem ratione arguit Gundisal. à Villadiego de hæret. q. 13. in nostro articulo, num. 2. vbi inducebat tex. in. ca. admonere. 33. q. 2. Idque tantò magis dicendum est in casu nostro cum poenæ ex diuerso fonte procedant. Poena hæreticorum à iure Pontificio, quod semper mitius fuit, maximè, quando poena extenditur ad innocentes: poena. l. quisquis, ab Imperatoribus, qui vt sibi ipsis prospicerent, cetera parui faciebant. Idque maximè dicendum est in materia. l. quisquis, quæ, quod attinet ad filios, dicitur continere odium irrationabile, atque ideo extensionem non admittere. Ita Bar. in. l. patri. ff. de adulter. in. l. 1. ff. de verbor. signif. Dec. latè conf. 64. vers. confirmatur hoc, quod pariter reperitur impressum inter consilia Abb. conf. 700. num. 9. & seqq.

**QVINIMO** DD. adeò crediderunt dispositionem d. l. quisquis. §. filij. exorbitare à ratione iuris, quatenus poena delicti paterni extenditur ad filios, vt voluerunt DD. poenam d. l. etiã in proprijs terminis læsæ maiestatis humanæ consuetudine amplius non recipi: ergò multò minus recipienda est extensio, quã DD. nituntur facere argumèto sumpto ab æquiparatis. Quòd autem consuetudine non seruetur, quatenus loquitur de filijs, dicit Angel. in. l. fallaciter. numer. 4. C. de abolitio. Socin. conf. 275. ante num. 4. lib. 2. Alciat. conf. 19. num. 13. & 14. lib. 7. vbi subdit, quòd iudices iudicantes contrarium ædificant ad gehenam, & quòd nemo vidit obseruari dictam legem in filijs. Rolandus Vall. conf. 74. num. 20. & 21. lib. 3. Burfat. conf. 215. num. 188. lib. 2. Decian. in tract. rerum crimin.

lib. 3. Bursat. conf. 225. nu. 188. lib. 2. Decian. in tract. rerum crimin. lib. 7. tit. 41. nu. 48. Peregri. de iure fisci li. 3. tit. 9. nu. 10. sic proprijs ad terminos nostros videmus, quòd licet ex terminis dictæ. l. quisquis. pœna delicti materni transfret ad filios & nepotes: aliud tamè est in crimine hæresis, in quo transit solummodò ad filios, gloss. magna in. c. statutum. cl. 2. de hæreticis, in. 6. quæ communiter approbatur: & iure Hispano hoc expressè cautum est in. d. l. 3. tit. 3. lib. 8. nou. Recopil. vbi ex delicto paterno filij, & nepotes inhabilitantur, ex materno verò filij tantum.

Et in proprijs terminis, quòd filij hæreticorum, qui sint orthodoxi, capere possint ex dispositione agnatorum, vel extraneorum, dixit Ias. in. l. hæreditas. numero 8. C. de his quibus vt indignis. Cassan. in consuetudin. Burgund. rubric. 3. §. 5. num. 69. Didacus à Segura in. l. co. hæredi. §. cum filia. num. 73. ff. de vulgar. Gomez Arias in. l. 4. Taur. num. 94. Idem Didacus à Segura in reper. l. 3. §. fin. num. 139. de liber. & posthum. vbi inquit, quòd licet filius non possit succedere, succedit tamen auo, & proinde cum non tractemus de aliquibus officijs, vel beneficijs Ecclesiasticis, non etiam tractemus de aliquibus officijs, sed tractemus de successione in Maioratu, constat don Petrum non excludi ex dispositione aliquarum legum.

Verùm positò, quòd dispositio iuris Canonici, vel ius Hispaniæ loqueretur non solum de officijs, & beneficijs, verùm etiam loqueretur de successione: attamen adhuc intentioni don Petri non obstarent, duabus illis rationibus à consulentibus cõsideratis, scilicet, quia non sit verum, quòd Pater don Petri mortuus sit hæreticus: quòd propriè considerat textus in cap. statutum, cum

imò

imò probetur illum reconciliatum Ecclesiæ perijisse. Secundò, quia filius natus esset ante perpetratum crimen. Quas duas rationes cum latissimè prosequantur informantes, illis ego simpliciter subscribo.

Sed transeo ad tertiam considerationem, quæ vrgens ad eò meo iudicio videtur, vt non intelligam quomodo subuerti possit: Nam præsupposito, quòd. II. prædictæ loquerentur de successione, & comprehenderent filios ante natos, & quòd pater mortuus esset hæreticus, & quæ dispositio dictæ. l. quisquis, traheretur in omnibus, & per omnia ad casum hæresis: adhuc tamen dicendum est, quòd dictæ leges prohibent quidem ius acquirendum, non verò priuant iure quæ sito. At in casu nostro non agimus de aliquo iure quæ sito, sed de iure quæ sito, & in eo radicato. Quòd modo non priuentur iure quæ sito demonstratur: quia quãdo quis efficitur indignus ad obtinendum, nõ priuatur obtentis: glo. in verb. obtinenda, in Clem. 1. §. ipis filijs, de pœnis, vbi Zabarella, Imola, Vitelinus, nu. 34. glo. in cap. sæpè, vbi Abb. nu. 14. de cõmuni attestantur, de appell. Ias. in. l. 1. num. 3. de re iud. Et hac ratione videmus, quòd licet infames infamia facti non admittantur ad obtinendum beneficia Ecclesiastica, retinent tamen si quæ habent. DD. in cap. omnipotens de accusationib. gloss. vbi Abbas attestatur de communi, num. 14. in cap. sæpè, de appella. Ias. in. l. 1. de re iudic. sic pariter licet filij, & nepotes hæreticorum nõ admittantur ad officia, & beneficia Ecclesiastica. c. vergētis. de hæreticis, cap. quicumq;. §. hæretici. c. statutum. cl. 2. de hæreticis, in. 6. non tamè priuatur beneficijs, quæ obtinebant antequam pater, vel auus fieret hæreticus. Et licet sciam aliquos huic opinioni cõtradicerè, est tamè hæc benignior, magis cõmunis, ac vsu recepta: hanc enim opinionem probat

bat

bat glossa in cap. satis peruersum. § 6. distin. Anchar. in c. vergentis. num. 5. in. fin. vbi Butrius. & Ioan. Andr. de hæreticis, Villadigo. q. 23. repertorium inquisitorū, in verb. filij, vers. supradictum est. Couarru. vbi latè, variarum res. fol. lib. 2. cap. 8. nu. 4. Simancas de Catholic instit. tit. 29. nu. 20. vbi inquit, quòd contrarium dicere esset iniquissimum. Oxeda de beneficiorū incompatibilitate, cap. 23 n. 100. vbi inquit, quòd ista opinio consuetudine obseruatur. Eandem opinionem sequitur Peña in suis scholijs ad director. in. 3. par. schol. 156. vers. anceps tamen. & paulò post, in vers. ego verò, vbi inquit, quòd ista opinio est benignior, & validioribus rationibus nititur, & recepta est. Quæ conclusio proximè accedit ad quæstionem nostrā, cum in ea non tractetur de simplici iure quæsito, sed de iure honorifico, scilicet, de beneficijs & officijs Ecclesiasticis, quæ vel dignitatè, vel saltem ius honorificum semper annexum habet. vt in casu nostro posset dici. Atq; ideo infames, sola infamia facti sunt inhabiles ad obtinendum beneficia Ecclesiastica propter eorum dignitatem. cap. super eo, de electio. vbi notatur. Dyn. in. cap. infamibus, de regul. iur. in. 6. glo. in. cap. omnipotens. de accusat. hæcq; consideratio eo fortius astringit, quia si hoc seruatur in officijs, & beneficijs ecclesiasticis, quæ recepta sunt ab ipsa Ecclesia, quæ principaliter offensa est, & quæ ratione minoris offensæ solet priuare filios. cap. felix, de pœn. in. 6. Quinimò ratione illius iuris, quo Papa solet possessores priuare absque aliqua causa, cum receptū sit Summū Pontificem priuare Prælatos, & alios possessores beneficiorum absque causa, Geminian. in cap. si gratiose, vers. nota istam glos. de præbendis, in. 6. Dec. in cap. fin. de cōfirmatione vtil. vel inutil. las. consil. 19. versic. vnde Papa potest, lib. 3. ergo à fortiori dicendum est, quòd ob crimē hæresis

hæresis filij non debent priuari eo iure, quòd non fuit habitum ab Ecclesia, sed ab antecessoribus suis, & quòd Principes absque causa tollere non possunt.

Et proprius ad terminos nostros accedendo, & secundum terminos. I. quisquis. ad quos ad summum, quòd attingit ad causam filiorum, possumus extendere pœnas. c. statutum. el. 2. aut. c. quicumque, dicitur receptissimum esse, iuxta terminos dictæ legis, quòd etsi filij, vel nepotes prohibeantur succedere ex testamento, vel ab intestato, non tamen priuantur hæreditate iam habita. Ita Boer. decis. 7. num. 6. Sic hac ratione, si filius habuerit donationem à patre ante commissum crimē, si postea damnetur pater lege Iulia Maiestatis, non tamen priuatur filius bonis antea donatis. gloss. Cyn. Ioan. Faber. & Sakeret. in. d. I. quisquis. Agid. Thomat. de collectis, sectione exposuimus. num. 29. & secundum primam impressionem, folio 406. in princ. & licet filius propter hæresim priuetur nobilitate, quam trahit à patre, non priuatur tamen nobilitate à se ipso acquisita. Otalora in tit. de nobilitat. Hisp. part. 4. quæst. 5. Simanc. de cathol. insti. c. 29. num. 18. Sic etiam filij non priuantur peculio castrensi, vel aduēticio, ob crimen læsæ maiestatis à patre commissum. Decian. in tract. rer. crimi. lib. 7. tit. 41. num. 23. vbi Gigantem citat. Quinimò filius non priuatur officio, quòd obtinisset à Principe ante patratum crimen, Beroi. consil. 155. nu. 4. lib. 3. nec filius hæretici prohibetur capere ea quæ apud patrem sunt, & ad filium pertineant, non ex successione, sed alio iure. Butric. in. c. vergentis. col. 2. post medium. vers. in illis verò, extra. de hæretic. neque etenim, vt vnico verbo dicam, reperitur lex, quæ priuet filium bonis proprijs, licet, inhabilitet ad acquirendum. Nec vis est facienda super illis verbis prolatis per imperatorem.



rem in dict. l. quilibet. *Ut filij perpetua egestate sordescant.*  
Quia illa verba non disponunt, vt filij esse debeant per-  
petuo egestes, cum non sint prolata per modum rationis,  
vel dispositionis, sed sunt enuntiativa cuiusdam futuri  
euentus: facile enim eueniet, vt si filij priuentur hæredita-  
te paterna, materna, & auita, pauperes remaneant: ita in  
simili text. in l. pater. §. fundum. de legat. 3. vbi cum testa-  
tor prohibuisset fundi alienationem, his verbis: *Ita enim  
fiet, ne fundus de familia exeat,* concludunt DD. ibi & præ-  
sertim Bart. Alberic. & Alciat. nu. 2. & in l. filiusfamilias  
§. Diui. non censerit inductum fideicommissum in casu mor-  
tis, cum sint enuntiativa futuri euentus. Sic etiam respon-  
det Paris. conf. 69. nu. 174. lib. 3. Decian. in d. tract. crimi.  
lib. 7. tit. 41. de poen. læsæ maiestatis, quando trāseat in fi-  
lios: & posito quod verba, *Et perpetua egestate, &c.* essent  
prolata per modum rationis (quod negatur) tamē cū re-  
citerentur in certis casibus, in quibus filij prohibentur capere,  
ratio, quæ subuertitur, etiā si generalis videatur, debet re-  
stringi ad casus limitatos: ita Alciat. in d. §. fundū. nu. 6.  
& hac ratione videmus, quod si pater prohibeat filio suo  
alienationem, donec peruenerit ad ætatem. 25. annorū,  
adiecta ratione, quia volo quod bona mea remaneant in  
descendentibus meis, prohibitio per hoc nō efficitur per-  
petua, sed cōsetur limitata ad tēpus. 25. annorū. Ias. cōf.  
173. lib. 2. Soc. Iun. conf. 163. nu. 35. lib. 2. Alciat. cōf. 35.  
nu. 21. lib. 9. Crauet. consil. 785. nu. 9. sic si statutum exclu-  
dat cognatos propter agnatos, vt agnatio conseruetur,  
exclusio non est generalis, sed restringitur ad personas  
nominatas, Deci. & alij in l. illam. C. de collatio. & in l. 1. r.  
num. 3. de succes. edic. Grat. conf. 5. nu. 9. lib. 2. Ripa in l. 1.  
r. n. 8. C. de pactis. Possentq; multa alia ad hoc propositū  
cumulari. Cum igitur Imperator recitet casus in quibus  
prohi-

prohibet ne filij damnatorum capiant, adiecta ratione,  
vt egestate sordescant, ex illa tamen ratione non debet  
fieri extensio ad quoscumque casus, sed dispositio debet  
restringi ad casus limitatos. Idque præcipue dicendū est  
in materia odiosa, poenali, & irrationali, Dec. d. conf. 64.  
Paris. d. conf. 69. num. 71. & seqq.

Quod autem in casu nostro non tractetur de iure qua-  
rendo, & successione ex testamento, ab intestato, vel ali-  
ter, sed de conseruando iure quaesito, probatur ex eo, qd  
in simili dicunt glo. & Ifern. in cap. 1. de feudi cognitio,  
scilicet, quod filius succedendo in feudo antiquo, non di-  
citur acquirere succedendo patri, sed acquirere capere. Se-  
quuntur Bal. & Afflic. in cap. 1. an mutus vel alius imper-  
fectus. Parisius consil. 23. num. 128. lib. 1. & quot sunt per-  
sonæ descendentes à primo fundatore, tot creantur, &  
producuntur iura diuersa, diuersam habentia naturam;  
Castren. conf. 164. nu. 4. lib. 1. & in materia feudali. Ifern.  
c. 1. Imperator Lotharius, & Fauia. sub feudis de dif-  
ferentijs feudor. quaest. 1. inquit, quod tot dicuntur esse in-  
uestituræ, quot personæ. Et in materia primogenituræ  
Præpositus in c. 1. num. 14. de feudo Marchiæ, dicit, quod  
in primogenitura statim vt quis natus est, & quod ad  
actū facti præoccupauit iura prioritatis, & quod ad actus  
iuris primogenituræ in eo fundata est, licet quo ad bona,  
effectus primogenituræ sit suspensus. Sequitur Alciat. in  
conf. 60. num. 9. lib. 1. Cagno. in procem. Digestorum, nu-  
me. 177. ad quartum respondetur, latè Beronius conf. 71.  
ferè per totum, sed maxime num. 29. lib. 1. sic pariter di-  
cimus, quod primogenitus statim vt nascitur, dicitur ha-  
bere ius ex persona propria, licet limitatū, hoc est, vnus  
post alium. Castren. in d. conf. 164. num. 5. vers. sed nos  
loquimur, lib. 2. Paris. consil. 23. nu. 128. & 129. lib. 1. Dec.  
conf.

consil. 498. nu. 19. & licet D. Petrus esset posterior in gradu patri suo, erat tamen vocatus etiam viuentē patre, & habebat ius offuscatum propter personam patris. Dec. d. conf. 498. num. 19. Cephal. conf. 4. num. 44. lib. 1. Quinimō adeo verū est, vt Don Petrus diceretur habere ius, licet nondum esset delatū, vt illi, per Principem tolli nō posset: ita in materia feudali Ifernā, Bal. & Alcia. in c. 1. quemadmodum feudū ad filiū pertineat. Alex. conf. 15. num. 13. lib. 5. Ias. conf. 168. num. 10. lib. 4. Rube. Alexan. consil. 130. in vltimo dubio, Soc. Iun. conf. 76. num. 18. & num. 33. lib. 1. sequitur Clarus in §. feudum, quest. 73. in fine. Basquius de testam. pot. lib. 1. §. 1. num. 3. & seqq. Cephal. consil. 186. lib. 2. Bart. conf. 129. num. 93. lib. 2. Menoch. consil. 187. per totum, sed maximē num. 49. versic. non obstat tertium. & in materia primogenituræ hoc dixit Solon à Pace in proœm. II. Tau. num. 327. Molina de iur. primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. & seqq. & libr. 3. c. 3. nu. 24. Si igitur verum est, quod ex dispositione. l. quisquis, si lrs non tollitur ius quæsitum, sed inhabilitantur tātummodò ad acquirendum ius modis limitatis in. d. l. sequitur iniunctum fundamentum, vt Don. Petrus non prohibeatur succedere in Maioratu, de quo agitur, cum in eo ius acquisiisset statim vt natus fuit: vt abundè superius dictum est.

Neque dicatur, quod quicquid dici possit de Maioribus antiquis, aliud dicendum sit in casu, de quo agitur, cum tractemus de Maioratu auito, sci licet, procedente a don Roderico, cui succedere prohibitum est, ex dispositione. l. quisquis. Quia respondetur, prohibere successiōnem auitam, quæ deferatur post crimen patris, non verò nepotes priuantur iure, quod habebant ante mortem patris, vt superius fuit probatum, dum ostensum fuit, filios posse

posse habere donationes factas à patre ante delictum, ac retinere hereditate: delatas ante. *quod si in iudicio non sit*  
Secundo dicitur, hinc maioratum non esse iudicandū auitum, sed esse iudicandum secundum eam antiquitatē, quam habebat ante transactionem: quia transactio non immutauit naturam maioratus: gl. in cap. si vassallus. vbi Ifernā, & Afflic. nu. 25. si de feud. fuerit controuers. idem Afflic. in cap. 1. numer. 11. de feudo non habente propriam naturam feudi. Et cum maioratus processerit ex causa antiqua, dicitur antiquus, Doctores in cap. 1. de vassallo decrepit. ætatis. Bald. in capit. 1. in fin. qualiter feudum. Alexand. consil. 30. numer. 6. libr. 1. Bursat. conf. 225. num. 92. lib. 2.

Alia pariter, & validiori ratione comprobatur intentio don Petri, præsupposito (citra semper veritatis præiudicium) quod poena l. quisquis, simpliciter, & absolute procedat contra hæreticos, eorumque filios: Nam certum est tantum abesse, vt dicta lex prohibeat, quin filius capiat ius quæsitum ante crimen patris, ex dispositione inter viuos, vel ex vltima voluntate, vt superius dictum fuit, & in quibus terminis non versamur, vt imò non prohibeat inter viuos à matre, vel alijs consanguineis capere. Quod si verum est, erit indubitatum illum posse accipere ius ante crimen quæsitum: quod modo possit ex contractu inter viuos, probatur, quia dicit. l. quisquis. §. filij. prohibet tantum capere ex testamento, vel ab intestato: nihil autem dicitur de contractibus inter viuos, neq; extensio fieri potest. Tum, quia tractatur de materia poenali, tum, quia de correctoria iura Paris. conf. 69. nu. 171. vsquē ad fin. lib. 3. vbi consuluit, matrem posse donare filio damnato ob crimen læsæ maiestatis. Tollitquē obiectum, quod deduci posset ex illis verbis: vt perpetua egestate sordescant, modo

superius considerato: Paris. sequitur Tiber. Decian. in suo tract. rer. crimin. lib. 7. c. 41. nu. 21. vbi in specie tollit obiectum illorum verborum, quæ in dict. quæst. dubitandi causam dederant Giganti contra Parisum in tractat. de crim. læs. maiest. lib. 3. quæst. 2. Parisium pariter sequitur Peregrin. in tract. de iur. Fisc. lib. 3. titul. 9. num. 11. Ratio est euidens: quia qui non potest capere ex testamento, vel ab intestato, potest tamen capere ex contractu: glos. in l. 1. in verb. donatione. C. de secund. nupt. Bald. in l. seruū meum. de hæredib. instit. Idem Bald. in l. si is qui. prop. finem. ff. de vulgar. ias. in l. si ita quis. §. ex legatis. nu. 46. ff. de verb. obl. cum similib. Cum igitur non probetur maioratum de quo agitur, descendere ab vltima voluntate, sed imò constat provenire ex contractu, sequitur, quòd don Petrus sit capax.

Prædictis autem considerationibus & illud accedit, quòd tempore patrati delicti, maioratus, de quo contenditur, nò erat apud patrem damnatum, sed erat apud patrum, quo casu traditum est, delictum patris non nocere filio, quotiescunq; filius non recognoscit maioratum, vel feudū à personā patris, sed aliorum ascendentium. Ita in terminis feudi Bar. in l. eū qui. ff. de interdict. vbi quærit, an crimen felloniæ commissum per patrem contra dominū præiudicet filio, antiquo ex facto, & prouidentia recto. Et distinguit, aut feudum possidebatur per patrem, & nocet; aut possidebatur per auum, & non nocet, maxime si pater auo sit præmortuus: sequitur Salicet. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. Ifern. in cap. 1. §. prætereā si vassallus. nu. 10. vers. in secunda quæstione. vbi Afflict. n. 15. quæ fuer. pri. caus. benef. amitt. Curt. Iun. in suo tract. de feud. in. 3. p. n. 13. vers. sextus principalis. Iacobin. à sancto Geor. in sua const. feud. in verb. dictique vassalli. numer. 60. versicul.

aut

aut feudum adhuc. gloss. ad consuetudines Parisien. §. 30. num. 133. Peregrinus de iure fiscali, lib. 3. tit. 9. num. 30. Zafius ad quem feud. apert. peti. nu. 98. pag. 35. Ioannes Raynaldus de feudis. §. poena. num. 3. pag. 63. Dec. consil. 445. nu. 68. Burfatus cōf. 225. nu. 188. lib. 2. Eadem igitur ratione, cum in casu de quo agitur, Maioratus non esset radicatus in persona patris, sed reperiretur apud patrum, concludendum videtur, vt patris delictum filio non noceat in Maioratu. Neque enim est nouum, argumentum procedere à Maioratu ad feudum: ita enim argumetur Castren. conf. 164. lib. 1. Socin. conf. 47. nu. 6. & 7. libr. 3. Paris. conf. 72. nu. 74. lib. 4. Couar. variar. resolut. libr. 3. c. 5. nu. 5. Gomez ad l. 40. Taur. nu. 77 & passim constat argumentari DD. de vno ad aliud.

Rursus proprius ad speciem facti propositi accedendo, quòd Don Petrus excludi non debeat ab hoc Maioratu, probatur: quia præsupposito, quòd poena. 1. quisquis, sit in viridi obseruantia in causa fidei cōtra filios, & nepotes, adhuc dicitur, quòd illa lex non aufert filijs ea, quæ ad eos spectāt, nò iure successione paternæ, sed iure sanguinis, qualis est Maioratus. Atq; idè videmus, quòd filij perduellium, siue cōmittentium crimen læsæ maiestatis, succedūt in iure patronatus libertorū. l. iura libertorum. de iure patronat. ibi: *Iura libertorum patronorū liberis, cum pater eorū perduellionis esset dānatus, Diui Verus, & Antoninus rescripserunt. idè probat tex. in l. eorum, ad legem Iuliā maiestatis, ibi: Eorū, qui maiestatis crimine dānati sunt, libertorum bona liberis damnatorum cōseruari, Diuus Seuerus decreuit, ibidem Bald. in l. 1. C. de bonis libertorū, & clariùs docuit ibidè Castrensis. nu. 4. dicens hoc procedere, etiā in crimine læsæ maiestatis in primo capite. Pulchrè Tiber. Decian. in d. tractat. criminali, lib. 7. tit. 41. nu. 29.*

I 2

vbi

vbi respondet ad textum in l. eum qui, de interdictis & re  
 legat. Idem Molin. de primogen. Hispanor. lib. 4. cap. 1. n.  
 num. 38. Eadem ratione receptum est, quod filius hæreti-  
 ci succedit in bonis, quæ pater grauatûs fuit per fiduciam  
 missam restituere posteris, Probus ad Ioannem Monach.  
 in cap. cum secundum, num. 3. vers. poenæ. de hæretic. in  
 6. Simanc. de Catholic. instit. cap. 9. num. 94. sic pariter fi-  
 lius hæretici non priuatur emphyteusi paterna, vel anti-  
 qua, recepta pro se, & filijs, vel descendantibus. Ruin. con-  
 filio. 149. num. 12. & sequent. libr. 1. Crauet. conf. 859. nu-  
 12. Corbulus in suo tract. de iur. emphyteusi, tit. de caus.  
 priuationis ob mortem civilem. num. 26. vbi mouetur au-  
 thoritate Henrici Bohic. in dict. cap. vergentis. in. 2. col.  
 post medium. versic. cum illis vero, vbi formaliter inquit:  
*In illis vero quæ sunt ventura ad filios aliter, quam ex successio-  
 ne, aut persona patris, vt puta, quia sunt concessa patri, & suis  
 filijs, vel ea emit, vel alius acquisiuit, vel pater nomine suo, & fi-  
 liorum suorum, quo casu videtur acquirere secundum ordinem  
 primo sibi, secundo filijs: & credo, quod talia non confiscantur,  
 sed quod debent ad filios peruenire: sic pariter filius damnati  
 ob crimen læsæ maiestatis humanæ, non prohibetur suc-  
 cedere in feudo, quando feudum nõ erat apud patrem de-  
 linquentem: vt superius abundè fuit probatum, ex Bart.  
 Salic. Ifern. Afflict. Iacobin. de sancto Georgio, Curt. lu-  
 ac alijs, & in casu quo feudum possidebatur per patrem,  
 qui directò deliquit contra personam Principis, si feudum  
 sit concessum generi, vt filio, & descendantibus, vel alijs  
 sit familiare, vt si sit cõcessum agnationi, quòd delictũ pa-  
 tris nõ noceat filio: vt dixit Bald. in cap. 1. §. denique. quæ  
 fuerit prima causa benefic. amittent. Salicet. in l. 2. C. de li-  
 bert. & eor. liber. Berouius conf. 77. nu. 24. lib. 1. Burf. conf.  
 225. numer. 111. glossa ad consuetudines Parisienses. §.  
 3. numero. 133. In qua tamen conclusione fortior ratio  
 militat*

militat contra filios, cum feudum semper censeatur dari  
 ex lege, vt vassallus sit fidelis, vt passim feudistæ dicunt:  
 quæ ratio in maioratu minimè potest considerari, nec ma-  
 ioratus habetur ab Ecclesia, quæ principaliter offenditur  
 in crimine hæresis. Sic & in fortioribus terminis videmus,  
 quòd si Princeps concesserit officium alicui, & eius descē-  
 dentibus, filius propter crimen læsæ maiestatis à patre cõ-  
 missum non priuatur officio. Berou. conf. 155. nu. 5. lib. 3.  
 & tamen fortior erat ratio, vt censeretur priuatus: cum  
 propter ingratitude, & quia dominus ad libitum re-  
 nouat suos officiales. Afflict. in tit. quæ sint regalia in ver-  
 bo, potestas. Bos. in tit. de regalijs. num. 34. Franc. decis.  
 165. circa fin. ergo multò dominus non repellatur filius à suc-  
 cessione maioratus, qui non recognoscitur, vel ab Eccle-  
 sia, vel a Principe.

Et in proprijs terminis, quod propter crimen læsæ ma-  
 iestatis diuinæ, vel humanæ filius non priuetur successio-  
 ne maioratus ob crimen hæresis, probat Gomezus ad. l.  
 40. Tauri, numero. 91. vers. pulchrum tamen, & quotidiana  
 num dubium, vbi concludit hoc absquè difficultate in cri-  
 mine hæresis, cum Princeps ex ea principaliter non of-  
 fendatur.

Idem probat Gregor. Lopez in dict. l. 2. tit. 2. part. 7. in  
 glos. verb. mandas. præsupposito, quod maioratus descen-  
 dat ex contractu, prout in casu nostro descendit, scilicet,  
 ex transactione inita inter ducem Arcos, & D. Rodericũ,  
 idq; in crimine læsæ maiestatis humanæ. Et licet ipse cõ-  
 trarium sentiat, quando maioria habet dignitatẽ, & pro-  
 cessit à Principe: attamen contra communem loquitur,  
 vt ex his, quæ superius dicta sunt, constat.

Tertio idem probat Molina de primogen. libr. 4. cap.  
 11. num. 51. & sequentib. & licet sub num. 54. difficultatẽ

moueat ratione dignitatis, quæ inest maioratui, ad hoc tamen inferius facile respondebitur.

Remanet nunc, vt tollantur duo obiecta quæ prima facie in hoc negotio difficultatem facere videbantur. Scilicet, quod cum maioratus dignitatem Comitatus annexam habeat, & filij hæreticorum sint infames, don Petrus in cap. iustius dignitatis esse videatur. cap. infames. de regul. iuris. lib. 6. Qua ratione motus principaliter Gregor. Lop. in d. l. i. in verb. mandas. probat, quod delictum perduellionis patris, noceat filio in maioratu cum dignitate, & quod hoc casu debeat confiscari. Qua pariter ratione videtur, quod Molin. d. c. 11. nu. 54. aliquantulum subsistat. ¶ Secundò, quia Iulius II. summus Pontifex in schisma commissum a Ioanne Rege Nauarræ priuauerit illum, & eius descendentes regno, vt ita constet delictum hæresis nocere, etiã descendentibus.

Quod attinet ad primum, facile responderi potest, & primò nullo iure probari, quod filij hæreticorum sint infames, vt si percurrantur recitata iura Canonica, & Ciuilia loquentia in proprijs terminis hæresis, facile demonstrabitur. quod si pars recurrat ad crimen læsæ maiestatis humanæ, per text. in dict. l. quisquis. §. filij. superius fuit ostensum, quod pœna d. l. quisquis, non extenditur ad casum hæresis.

Secundò respondetur, quod retentis terminis dictæ. l. quisquis. infamia, quam incurrunt filij propter delictum patris, non est infamia iuris, vel facti, quæ impediatur obtinendas dignitates, & remoueat ab obtentis. l. infamia. C. de decurionib. libr. 10. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. sed infamia facti causata citra crimen filiorum, quæ non priuat iure quæsito, & dignitatibus obtentis. Calderin. & Abbas in cap. super eo. de election. cum cumulatim per addentes  
ad

ad Dyn. in c. infamibus. de regul. iur. lib. 6. & hac ratione vidimus supra, quod licet filij hæreticorum non admittantur ad officia, vel beneficia obtinenda, quia dignitatem se cum habeant, non priuantur tamen obtentis: & ita cessat admiratio Molinæ, dum inquit, dubitare, an filius hæretici possit obtinere maioratū cum dignitate, cum non possit habere aliud officiū, nam secundū prædicta erit distinguendum inter ius quæsitū, & ius quærendū. Sic eadē ratione vidimus superius, quod filius hæretici non priuatur propria nobilitate, quæ tamen non se compatitur cum infamia, infamis enim nobilis esse non potest. Bart. & Ioan. de Platea in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. Tiraq. de nobilit. cap. 24. nu. 1. & sequen. Paleot. de nothis, & spur. c. 61. nu. 1. sic filij perduellis succedunt in feudo cõcesso generi, vt latè superius fuit demonstratum.

Tertio respondetur, quod cum nemo neget, infamiam causatam citra delictum, non tollere successione regulariter. l. in arenam. C. de inoffic. testam. vbi communiter Doctores, etiam si postea habeamus, quod infames non admittantur ad dignitates. d. cap. infamibus. dispositio tamē facta in casu simplici, non trahitur ad casum mixtum, quādo simplicium dispar est ratio. l. Titia textores. vbi Doctores, & præsertim Ias. ff. de lega. 1. Bart. in l. vim passam. ff. de adulter.

Quarto respondetur, quod cum in casu de quo agitur principaliter non tractetur de dignitate, sed de successione, cui annexa est dignitas, infamia non repellat à dignitate, quæ in consequentiam venit: ita in terminis Bald. in l. 1. nu. 1. C. de secund. nupt. vbi ponit quæstionē, an mulier, quæ nupsit intra annum luctus, & quæ per consequens de iure civili facta est infamis, si habeat Comitatum ex successione, an priuetur tali dignitate? & concludit,

quod non, quia dignitas venit in consequentiam successionis, & dignitas est annexa territorio. Balloquitur ibidem Ioann. de Garronib. nu. 19. Tiraq. in tract. de nobil. cap. 24. nu. 6. & in terminis Molina de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. nu. 13. & sequen. vbi per hoc concludit, quod infamis potest succedere in maioratu habente annexam dignitatem: idemq; concludit in successione Regni: adducitq; rationem, quare aliter in successione feudi concludatur, quia scilicet ad feuda non admittuntur illi, qui non possunt stare in Curia sine domini dedecore. c. 1. an ille qui interfecerit fratrem domini sui. Quam obligationem non habet possidens maioratum, & proinde male arguere Gregor. Lopez in d. l. 3. verb. mandas dum vult filios rebellium ob infamiam repelli à maioratibus, & dum deducit argumentum à feudis.

Quinto respondetur, legem Hispanam arcere tantum filios hæreticorum ab officijs, non à cæteris iuribus, ut sæpè superius dictum fuit, & appellatione officij non veniunt maioratus, licet annexam iurisdictionem habeant: ut Alciatus probat conf. 31. quæritur, an exceptio. lib. 3. & secum primam impressionem, conf. 194. loquens in terminis feudi, ibiq; duas rationes adducit. Prima, quia officium administratur nomine alieno: at maioratus habet iurisdictionem iure suo. Secunda, ob communem usum loquendi, non enim habentes maioratus officiales appellantur.

Neque obstat secundum obiectum de Regno Navarra, quia ultra considerationes adductas per informantes, respondetur, literas Iulij II. summi Pontificis, quæ emanarunt in odium certæ personæ, non habere iura legis, neque ad exemplum trahi, §. sed & quod Principi vers. plane. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. ¶ Secundo & clarius respondetur hoc particulare esse in Regnis ratione imminentis

periculi, ne si regnum teneatur ab hæretico, vel nisi Rex purget Regnum ab hæreticis, totum inficiatur. Et hac ratione non solum Regnum potest auferri à Catholicis ad præiudicium filiorum & descendendum Regis hæretici, vel non purgantis provinciam, verum etiam auferretur in præiudicium omnium vocatorum. l. si vero. C. de hæret. c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. nam conceditur Regnum occupandum, & absq; aliqua contradictione possidendum. Quod proprie contigit in Regno Navarra: nam non solum fuerunt priuati Ioannes Rex, eiusque filij, ac descendentes, verum etiam omnes illius agnati. At hæc ratio periculi non militat in maioratu, ergo nec etiam dispositio. Et hanc rationem in terminis considerat Molina dict. lib. 4. cap. 11. nu. 37. Rursus separata ratio militat in casu præsentis: nam in casu literarum Iulij II. l. si vero, & cap. excommunicamus. §. moneantur. Regna dantur occupanda Catholicis, vel etiam maioratus confiscantur ob delictum læsæ maiestatis: ut probat Gregor. Lop. in d. l. 2. verb. mandas quando regna, vel maioratus possidentur ab ipsis hæreticis. At in casu nostro maioratus non possidebatur à D. Ioanne, atque ideò frustra adducitur exemplum de confiscatione, vel occupatione, sed solum quærendum est, an filij ob infamiam arceantur à successione. Atque ideò ex his, ni fallor, constat D. Petrum successionis istius maioratus esse capacem.